



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Ad quid erga proximum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

2. *Quòd fieri debet rectè & iustè, non ex favore aut precij causa, sed propter veritatē & ipsum Deum.*
3. *Qua sit punitio falsorum iudicum & procuratorum.*

Dixit Moyses filijs Israel Deuter. 1. Iudicium Dei est, id est, loco Dei fit, & à Deo est ordinatum. Nam Deus cōstituit potestatem, & dedit ei gladium, Roma. 13. vbi ordinavit & instituit iudicia, eaquē approbavit. Iudex igitur est loco Dei, & ipsius gerit vices: Itē, procurator ex parte hominis causam perorat coram iudice, est quoq; minister iustitię, seruiēs ut veritas & iustitia vincant, ut tutentur orphani & viduę. est itaque vterq; Dei minister. Matth. 5. Beati pacifici, id est, qui procurant pacem & iustitiam, nam filij Dei vocabuntur. Et quoniam iudicium Dei est, debet quoq; esse Deo conforme in tribus, potestate, veritate & bonitate, id est, ut iudex cogitet se non humana, sed Dei potestate exercere iudicium. 1. Petri 4. tanquā ex virtute, quam Deus administrat. Romanorum 13. Omnis potestas à Deo est: deindē ut fiat in veritate, quia Deus verax est, Romanor. 3. Qui odit omnem dolum & fraudem, maximē in opere & officio suo, quia iudicium opus Dei est. Porro in bonitate fieri debet, quia Deus bonus est, & opera eius lucent misericordia. Matth. 6. faciens Solem oriri super iustos & iniustos.

Secundò, Deuter. 16. dicitur: Iudices & magistros constitues in omnibus portis, ut iudicent populū iusto iudicio, nec in alteram partem declinent: non accipies personas, neq; munera, quia munera excecant oculos sapientum. Et Numer. 11. dicitur Moysi: Congrega senes populi, quos tu nosti quòd senes sint populi

populi &c. Iudex igitur & aduocatus iustus
 debet respicere munera, personam diuitem vel pa-
 perem, neque preces, vel agnationem aut amicitiam
 ne falsè ex amore iudicet, & iniustā causam tueat.
 pessimi enim sunt cōsultores, amor & odiū, vt E-
 nicus dixit. Et quia potestas facit Dei iudiciū, po-
 stati quoque debetur tributum, Roman. 13. non debet
 aut potest iudex vel procurator vltra debitum stre-
 dium bona conscientia aliquid à personis recipere.
 plūs recipit, furtū committit erga pauperes, & ten-
 tur ad restitutionē. Deu. 16. iusti quod iustum est ca-
 quere & propheta Dauid Psal. 14. eum beatificat, qui
 munera super innocentes non accipit: is nō mouetur
 tur in æternum. At inquit quidam, Nullas ca-
 largitiones, quòd si quis munus honorariū dona-
 rit vxori aut filiæ meæ Velum, Zonam, aut crepidula
 aut serici partem, &c. voluntariè id facit similiter
 qui offert pecuniaria dona: Respondetur, Iudex
 non exigit talia, tamen recipiens, & per illa iudicium
 falsificans, grauissimè peccat: non enim iustum iudicium
 vendere licet, eò quòd iudicium Dei est atque
 testas, Deut. 1. Rom. 13. & gratis accepisti, ideo & gra-
 tis dare debes. Ideò inquit Gregorius, Qui rectè iudicat,
 & tamen prēmium retributionis expectat, frater
 dem in Deum perpetrat: quia iustitiam quā gratis
 partiri debuit, acceptione pecunię vendidit. Tertio
 tur igitur aduocati esse patroni veritatis: & grauius
 peccant in Deum tam iudices, assessores, Scabini, &
 aduocati, quādo scienter causam iniustā defendunt
 facientes contra Dei præceptū: Non dices falsum in
 testimoniū &c. Est etiā mortale peccatum & illicitum
 alium subornare ad faciendum malū, consulendo, con-
 uando, defendendo aut consentiendo, Rom. 1. Dignus
 sunt morte, & qui hæc faciant, & qui assentiuntur
 cientibus. Porrò peccant aduocati, ac scabini, qui
 tuentur aut accusant quod ignorant p̄ certo de-
 dere a
 incitia
 tur, a
 non eu
 quod t
 restitut
 docet f
 Sic eni
 nibus,
 peris ve
 itaq; va
 ritia &
 vel cau
 Tert
 gniam p
 peccat f
 rite iud
 defendi
 minus:
 dealbab
 velut la
 atq; bon
 minatio
 per mu
 pulo me
 ponente
 pula pl
 ideo ma
 guati, &
 sam vid
 xerunt,
 quid sup
 gentem
 vir cum
 s. & 6.
 conque

dere aut accusare, idque fit negligentia ipsorum & inscitia: tunc enim iusta causa sæpè pro mala iudicatur, aut mala pro iusta: quia aduocatus asinus est, & non euoluit libros, & sic negligit causam proximi, quod tamen sibi nollet fieri, Mat. 7. Quare tenetur ad restitutionem damni. Item, quando falsa allegat, & docet falsum testem, ut sic causę victoriam obtineat: Sic enim facere solēt illi spermologi suis cauillationibus, astutijs & calliditatibus verborū, causam pauperis vel aggrauantes vel falsificantes. Periculosum itaq; valde est, procuratorē agere, cū præsertim avaritia & inuidia regnāt, & proximus pauper grauatur vel causa à iudice suspenditur vel prolongatur.

Tertiò, iusti iudices & procuratores ut habent magnam promissionem gratię Dei, sic & pœna ipsos expectat si iniusti fuerint. Esaias primo cap. dicit: Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo; defendite viduam, & venite & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinū, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt &c. Ecce magna Dei promissio atq; bona iustis iudicibus. E diuerso suas habent comminationes, qui negligunt in iudicio pauperes, & præter munera iudicant. Hierem. 15. Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendum feras: sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt, ditati, incrassati sunt & impij guati, & prætereunt sermones meos pessimè, causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non dixerunt, & iudiciū pauperi non iudicauerunt: at nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, aut super gentem huiusmodi non vleiscetur anima mea? ideo vir cum muliere capietur &c. Vide totum cap Hier. 5. & 6. Insuper omnes ferè prophetæ clamauerunt & conquesti sunt de falsis illis iudicibus ac procuratoribus;